



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Iacobvs Poenitens. 28. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

lum, imò eundem cum Paulo magistrum Spiritum S. habuit? Nam hunc obvoltantem capiti suo, dum sacris operaretur, conspexit ipse; illum dum ad mensam scribere, assistere dictanti similem alij etiam viderunt. Talis itaque IOANNES cùm urbe suâ hæreticos, & cùm his vitia alia, ac blasphemiam imprimis prostriberet, sanctæ libertatis vindex acerrimus, æquì justiq; unicus amator in odium Augustæ Eudoxiæ incidit: nam IOANNES imperij suietiam in Reges memos templi aditu gravibus ex causis profanam prohibuerat, & in statuam ejus, quæ propter templum choreis ludisque non sanctis colebatur, graviter detinuerat; jamque secundum exul in inclitem patriam cælum abiit, ad id à geminis, quos suprà memoravimus, Apostolis & D. Mart. Basilio invitus. Siluit itaque aureum hoc os anno post reparatam salutem septimo supra quadringentesimum. *Ex Surio.*

Tene sobriam religiosis virtutibus disciplinam; sit tibi vel oratio affida, vel lectio; nunc cum Deo loquere, nunc Deus tecum; ille te præcepis suis instruat, ille disponat; quem ille devitem fecerit, nemo pauperem faciet. S. Cypr. Ep. 2. ad Don.

S. IACOBVS POENITENS.

28. Ianuarij.

H Ominis, mi lector, speculum cape & peccantis & poenitentis, Iacobum inspice. Hic postquam Anachoretes XL. omnino annos Deo militavit, miranda maxima patravit, trophyæ de hoste inferno statuit plurima! id ætatis vir à feminâ demum triumphatur, & ab eâ feminâ, inquit ipsum cacodæmona non horruerat, imò è quâ

Ian.
Spiri-
capiti
illum
simi-
NNES
a, ac
liber-
ama-
nam
temi-
ibue-
cho-
er de-
n pa-
suprà
co in-
o post
ntesi-

m; sit
eo lo-
stru-
nemo.

G.

ccan-
Hic
DEO
ea de
à fe-
, in
nd è
quà

29.Ian. VITÆ SANCTORUM. 55
quà victum ejecerat. Huic itaque infelix primò pudorem, mox vitam extorquet. Et verò tertium scelus accumulasset desperabundus, & victimum se mundo dedidisset, nisi à tam turpi fugâ sanctissimi viri operâ DÉVS retraxisset. Tum enim verò ad se redire IACOBVS, sepulchrum vivus subire, mortem suam vivus deflere in decimum annum usque: cælo interim oculos nunquam attollere, vix semel aut iterum in hebdomade de herbulis vesci, quæ ad ostium conditorii crevissent. Ipse certè Apostolus peccato mortuum dixisset. Sed nunquam pulchriùs ille vixit, quàm sic mortuus. Nam suppliciis hic sponteis placatum Numen disertis verbis ex Episcopis nonnemini significavit, beatum imbrém, quem tam anxiè, sed nec quicquam posseculabant, non nisi ad preces IACOBI concedendum. Atque hoc alijsque ejusmodi mitis cùm iterum orbi innotuisset, mori denique desit annos natus LXXV. habuitque novo more unum idem & domicilium & sepulchrum. Ex Surio.

Cur pudet peccatum tuum dicere, quem non pudebit facere? aut cur erubescis Deo confiteri, cuius oculis non potes abscondi? Quid si pudor tibi est, uni homini & peccatori peccatum tuum exponere, quid facturus es in die judicij, ubi omnibus exposta tua conscientia patebit? S. Bern. in sent.

S. CONSTANTIVS EPISC. M.

29. Ianuarij.

N Obilissimis parentibus ortus est CONSTAN-
TIVS; opulentam hæreditatem his demortuis aditus, nisi alios succedere sibi hæredes vivus voluisset; inopes scilicet assēm CONSTANTII abs-
tulēre. At hic insulam Perusinam paulò post tulit.

C 4

Quia